

48.

Chur, 1273 April 17.

Ulrich von Schellenberg und Ulrich von Triesen vertreten die Gebrüder Ebelin und Rudolf de Casaccia in einem Streit zwischen diesen mit dem Propst von Churwalden um Bernhard und Petrus de Satains, die schlussendlich der letzteren Partei zuerkannt werden, was mit andern von Albero von Schellenberg bezeugt wird.

Conradus dei gracia Electus Curiensis¹ vniuersis pre-
sens scriptum intuentibus Salutem et sinceram in domino caritatem /
Nouerit vniuersitas vestra et tam presentes intelligant quam futuri.
Quod cum inter venerabilem dnm. B.² diuina pietate prepositum
ecclesie in churwald ex vna parte et ebelinum de casaccia
et fratrem eius Rodulfum pro bernhardo et / Petro de
Satains et eorum heredibus famulis ecclesie predicte questio
verteretur, in dnm. henricum de nizuders³ dictum / Vas-
cetli⁴ et henricum ministrum de tunnes⁵ ex parte predicti
prepositi. et ex parte prefati ebelini et fratris eius R. in / dnm.
Ulricum de shellenberch et dnm. volricum⁶ de trisuns
milites extitit compromissum. Qui concordare non valentes/per sa-
cramentum eorum quod prestiterant dixerunt prelibatum prepo-
situm in coro Curiensi coram nobis aut officiali nostro. / pre-
stare debere iuratoriam caucionem dictum Bernhardum et
Petrum ac eorum infantes ad prefatam ecclesiam pertinere / vbi
testes presentes fuerunt. dns. volricus⁶ de nizuders³. dns.
Albero de shellenberch milites. miles de foro. Volri-
cus⁶ / de quaraued⁷ Eglolfus pelliparius⁸. dns. wern-
herus de puiers⁹ miles qui preponi debuit in hoc scripto. alys
qui mi-/lites non fuerunt Rudolfus dictus noualar¹⁰ frater
eius Ulricus et plures aly fide digni Tandem sepedictus prepo-
situs prout / antedicti compromissary dixerunt et expresserunt
coram dno. Alberone de monteforti¹¹ concanonico et offi-
ciali nostro in coro / Curiensi iuratoriam caucionem prestitit
antefatum Bernhardum Petrum et eorum infantes omni iure
ad prescriptam ecclesiam / pertinere. ubi eciam testes presentes
fuerunt. dns. Conradus de clauuz¹². et dns. henricus de
Cracannes¹³ Canonici Curienses / dns. luduicus de wi-
nekke¹⁴ sacerdos Riuerius scriba¹⁵. Henricus edituus et
aly plures. Acta sunt hec in coro Curiensi / anno domini Millesimo